Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Daniel usq; ad annum primum cy
ri regis:

IN anno secundo regni nabucho
donosor vidit nabuchodo
nosor somnium: et conturba
tus est spiritus eius: et somnium eius
fugit ab eo: precepit autem rex
ut congregarentur arioli et magi et
malefici et chaldei: ut indicarent
regi somnia sua cum venis
sent steterunt coram rege: et dixit
ad eos rex. Vidi somnium: et me
te cognoscere ignoro quid viderim
Responderuntq; chaldei regi syri
ace. Rex in sempiternum vive. Die
somnium servis tuis: et interpre
tationem eius indicabimus. Et respo
dens rex ait chaldeis. Sermo
recessit a me. Nisi indicaveritis
mihi somnium et commutatio eius
peribitis vos: et domus vestre
publicabitur. Si autem somnium et
commutationem eius narraveritis pre
mia et dona et honorem multum
accipietis a me. Somnium igitur
et commutationem interpretationem eius
indicate mihi. Responderunt
secundo atq; dixerunt. Rex somnium
dicat servis suis: et interpretationem
eius indicabimus. Respondit rex
et ait. Certe novi quod tempus re
dimitis. scientes quod recesserit
a me sermo. Si ergo somnium
non indicaveritis mihi una est
de vobis sententia. quod interpreta
tionem eius quasi fallaces et decep
tione plenam composueritis ut lo
quamini mihi donec tempus per
transeat Somnium itaq; dicite
mihi ut sciam quod interpretationem
quoq; eius veram loquamini
Respondentes ergo chaldei coram
rege dixerunt Non est homo super
terram. qui sermonem tuum rex pos
sit implere: sed neque regum quis
quam magnus et potens verbum
hoc modi requisivit ab omni ariolo
et mago et chaldeo Sermo en
quem tu quaeris rex gravis est:
Nec est qui ostendat quisquam qui indicet
illud in conspectu regis excepto
dis quorum non est conversatio cum ho
minibus: Quo audito rex in furo
re et in ira magna precepit ut
perderet omnes sapientes babilonis
Et egressa sententia sapientes in
ficiebantur: quaerebantq; daniel et
socii eius ut perirent: Tunc da
niel requisivit ab rege atq;
sententia ab arioch principe milice
regis cui egressus erat ad
interficiendos sapientes babilo
nis. Et interrogavit eum qui a re
ge praefectus acceperat. quare ob
causam tam crudeli sententia a facie re
gis esset egressa Cum ergo re
indicasset arioch daniel. dani
el ingressus rogavit regem
ut tempus daret et solutionem
indicaret regi Et ingressus est
domum suam. Ananiae quoq; et misahe
li et azariae socios suos indica
vit negotium ut quaerent misi
cordiam a facie dei celi super
sacramento isto: et non perirent
daniel et socii eius cum ceteris
sapientibus babilonis Tunc da
niel mysterium per visionem nocte
revelatum est Et daniel benedixit
deo celi et locutus est Sit no
men domini benedictum a seculo et us
que in seculum. quia sapientia et for
titudo eius sunt. et ipse mutat
tempora et etates Transferet regna